1741







VENERABILIBUS Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Hiſpaniarum.

## CLEMENS PP. XII.

*Venerabiles Fratres, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Pro ſingulari fide, ac reverentia, quam Fraternitates Veſtræ luculentiſsimis Majorum veſtrorum exemplis obſequentes, Apoſtolicæ huic Sanctæ Sedi, ſumma cum nominis, & Sacerdotalis fortitudinis veſtræ laude, præſtare contenditis, non ambigimus; quin eximio ſervandæ tuendeque Eccleſiaſticæ Diſciplinæ ſtudio, ac zelo flagrantes, ſicut per Vobis moleſta accidiſſe perſuaſum habemus, quæcumque mutuam inter eamdem Sanctam Se-*

*A LOS VENERABLES Hermanos Arzobiſpos, y Obiſpos de las Eſpañas.*

## *CLEMENTE PAPA XII.*

Venerables Hermanos, ſalud, y Apoſtolica Bendicion. De la ſingular fè, y reverencia, que vueſtra Religioſa Hermandad, imitando los eſclarecidos exemplos de vueſtros mayores, con grande loor de vueſtro nombre, y credito de vueſtra Sacerdotal conſtancia, os ha ſeñalado en tributar à eſta Santa, y Apoſtolica Sede, no dudamos; antes sì eſtando voſotros dotados de tan heroyco zelo, y aplicacion à conſervar, y defender la Diſciplina Ecleſiaſtica, vivimos muy perſuadidos, que aſsi como os han ſervido de notable moleſtia las diferencias, que el año paſſado empezaron à perturbar la eſtrecha acorde harmonìa en-



Arxiu Històric Nules

*Sedem, & Hiſpaniarum Regna concordiam elapſo anno interceperant; ita priſtinam in præſentia pacem, tranquillitatemque reſtitutam eſſe accipientes, immortales Omnipoti Deo gratias agere Nobiſcum ſtudeatis, atque invicem in Domino gratulemur. Quoniam autem Fraternitates Veſtras graviſsimarum tunc temporis nobis injecturam ſollicitudinem, ſuſceptorumque Apoſtolicæ noſtræ providentiæ conſiliorum participes facere inter præcipuas ſupremi Apoſtolatus noſtri partes eſſe duximus; debitum etiam obedientiæ, ac virtuti veſtræ Nobis commendatiſsimæ munus Pontificiæ; qua Vos complectimur, charitatis eſſe nunc reputamus; ut quidquid componendis perpetuoque ad divini honoris incrementum, Eccleſiaſticæque Diſciplinæ ſtabilitatem firmandis rebus per Tractatum inter eamdem Sanctã Sedem, & Hiſpaniarum Regna initum, & confirmatum opportune geſtum fuerit, Vobiſcum communicantes, ad illud executioni mandandum ſtudia operamque veſtram requiramus, ac flagitemus. Itaque, etſi vobis ante, quam ad Nos certo nuntio afferatur, re ipſa conſta*

*re*

entre eſta Santa Sede, y eſſos Reynos de Eſpaña: de la miſma ſuerte en oyendo aora, que eſta grande union, y concordia ſe reſtituyò à ſu tranquilidad antigua, dareis al Omnipotente Dios inmortales gracias, congratulandoos con Nos en el Señor. Y porque por lo que principalmente toca à nueſtro Supremo Apoſtolado, nos ha parecido entonces, que deviamos hacer ſabedor vueſtro fraternal buen zelo, aſsi de los graviſsimos cuidados en que nos hallavamos, como de los acuerdos, que nueſtra Apoſtolica providencia al miſmo tiempo avia tomado: igualmente aora juzgamos, que es correſpondencia devida à vueſtra obediencia, y conſtancia, para Nos muy apreciable, la expreſsion de nueſtra caridad Pontificia, con que tiernamente os amamos, y os hacemos ſaber quanto nos pareciò, que deviamos condeſcendr, à fin de atajar las dichas diferencias, y aſſegurar mas bien la Diſciplina Ecleſiaſtica, de donde reſulte à Dios mayor gloria, y de hecho convenimos en el Concordato, que ſe celebrò entre eſta Santa Sede, y eſſos Reynos de Eſpaña, para que enterados voſotros de todo, pongais todo vueſtro conato como ſe lleve à devida execucion, que aſsi os lo pedimos, y deſeamos. Por lo qual, aunque bien creemos, que antes que à Nos llegaſſe ninguna noticia cierta, eſtais ya voſotros muy cerciorados del Real Orden, que deſpachò nueſtro Cariſsimo

Hijo



*re non dubitamus, Chariſsimum in Chriſto Filium Noſtrum Philippum Hiſpaniarum Regem Catholicum pro filiali ſua in Nos atque hanc Sanctam Sedem obſervantia in mandatis dediſſe, ut quæcumque ſanctio, aut decretum, ſive ipſius Regis, ſive Miniſtrorum ſuorum nomine in grave perennis inter eandem Sanctam Sedem, & Hiſpanias ſuas commercii, & ordinis per omne tempus laudabilis, atque Eccleſiæ jurium detrimentum hactenus promulgatum, jam irritum nullumque habeatur, ac penitus deletum ſublatumque ſit: tamen hoc ipſum in primis conventum fuiſſe, per Nos quoque Vobis notum fieri volumus. Quemadmodum etiam facile adducimur, ut credamus, eandem Catholicam Majeſtatem, cui tuendorum S. R. E. jurium ſollicitudo tantopere cordi eſt, jam præcepiſſe, ut juxta conventa redintegrato cum hac Sancta Sede commercio, prompta & parata executio, veluti ante hac erat, Apoſtolicis literis ab eadem Sancta Sede dandis habeatur. Præterea, ut Venerabilis itidem Frater Sylvius Archiepiſcopus Nicænus, quem Ordinarium noſtrum atque*

*Apoſto-*

Hijo en Chriſto Phelipe, Rey Catholico de las Eſpañas, por el qual, correſpondiendo à ſu filial reverencia, con que ſiempre nos mirò, aſsi à Nos, como à eſta Santa Sede, tiene mandado, que todo Deſpacho, ò Decreto, que haſta aora ſe aya publicado, y promulgado, ò bien en nombre del miſmo Rey inmediatamente, ò por ſus Miniſtros, y fueſſe en detrimento del antiguo comercio, y loable correſpondencia, que ſiempre huvo entre eſta Santa Sede, y los Dominios de Eſpaña, ò de algun modo perjudicaſſe à los derechos de la Igleſia, ſe tenga deſde luego por irrito, y de ningun valor, y efecto, y como enteramente quitado, y borrado: y con todo, que de ello os ſupongo ya noticioſos, querèmos no obſtante, que eſto miſmo lo ſepais tambien derechamente de Nos: Aſsimiſmo facilmente nos inclinamos à creer, que la miſma Mageſtad Catholica, como quien ſiempre tuvo, y tiene muy en ſu corazon proteger, y guardar los derechos de la Santa Igleſia Romana, tiene ya antecedentemente mandado, que reintegrado enteramente el antiguo Comercio con eſta Santa Sede, ſegun, y en la forma que hemos concordado, ſe dè tambien prompta, y facil execucion, de la miſma ſuerte que antes de aora eſtuvo en coſtumbre, à Letras Apoſtolicas, que ayan de dimanar de eſta miſma Santa Sede. Igualmente nos perſuadimos, que el Venerable



Her-

Arxiu Històric Nules

*Apoſtolicæ hujus Sanctæ Sedis in Hiſpaniis Nuntium deſtinaveramus, iſtuc adveniens, ipſe atque ſinguli Apoſtolicæ Nunciaturæ Tribunalis Miniſtri unà inſimul intermiſſum miniſterium iiſdem prorſus, quibus illud obire ſolebant, prærogativis, honoribus, facultatibus; ac juriſdictione, ne minimum quidem immutata, jam exerceant. Denique, ut quacumque in re tum ad Auctoritatem Apoſtolicæ hujus Sanctæ Sedis, tum ad Juriſdictionem Immunitatemque Eccleſiaſticam ſpectante, ſiquid novi fortaſſe interea inductum eſſe contigerit, omni penitus remota abrogataque novitate, omnia, quæ antea laudabiliter ſervabantur, eadem nonnullis dumtaxat exceptis in eodem tractatu contentis, mox referendis, ſanctiſsime impoſterum cuſtodita, omnino reipſa adimpleantur. Ac primum incredibili ſemper animi mœrore deflentes, ſacra Loca, in quibus Deo dicatis Divinam Majeſtatem venerabundos adorare decet, fieri perfugia, & Aſyla eorum hominum, qui omnium perditiſsimi, Divinum, humanumque Jus obliti, aliorum vitam miſere diripere, & auferre audent; ea po-*

*tiſsi-*

Hermano Silvio, Arzobiſpo de Nicèa, al que teniamos nombrado nueſtro Ordinario, y Nuncio Apoſtolico de eſta Santa Sede en eſſos Reynos de Eſpaña, de llegado ya allà, aſsi él, como todos los demàs Miniſtros, que componen el Tribunal de la Nunciatura Apoſtolica en eſſos Reynos, eſtàn ya exerciendo unos, y otros ſu miniſterio, que antes de aora pudo padecer algun genero de intermiſsion, enteramente con las miſmas prerrogativas, honores, facultades, y juriſdiccion, que antes le ſolián exercer, ſin ninguna reſtriccion, ò menoſcabo. Ultimamente, que ſi acaſo en eſte intervalo de tiempo ſe huvieſſe introducido en coſa que, ò toque à la autoridad de eſta Santa Apoſtolica Sede, ò bien pertenezca à la juriſdiccion, è inmunidad Eclesiaſtica, alguna novedad en contrario, apartada, y abrogada èſta, todo aquello, que antes de aora loablemente ſe obſervava (á excepcion de tan ſolas algunas coſas contenidas en el dicho Concordato, que luego dirèmos) proſiga abſolutamente, y tenga à lo adelante la miſma puntual, y loable obſervancia de antes. Y aora paſſando à lo contenido en el referido Concordato, lo primero es, que mediante ſiempre nos ha ſido de grande pena, dolor, y ſentimiento el vèr, què los Lugares Sagrados, en los quales, como eſpecialmente dedicados á Dios, deve ſu Divina Mageſtad cada vez ſea adorado con mas par-

ti-



*tiſsimum ſpe illecti, quod ad Sacroſanctas Eccleſias confugientes, ab omni pœna immunes eſſent; quibus providentiæ noſtræ remediis hoc flagitiorum, ſcelerumque incitamentum à tota Eccleſiaſtica Ditione noſtra amoliri per Apoſtolicas noſtras ſub Bulla literas curavimus, eadem per alias noſtras in ſimili forma Brevis literas hac ipſa die datas tanquam ſalutaria reſpective per Hiſpaniarum quoque Regna adhiberi præcipimus; futurum inde ſperantes, ut efferatus in genus humanum ſæviendi furor eodem pacto, quo hic, etiam in Hiſpaniis aliquando coerceatur. Præteria volumus ac mandamus, ut Localis Eccleſiarum Immunitas Graſſatoribus, Prædomibuſque Viarum, etiam propter unicam ac ſimplicem graſſationem, dummodo mors, aut membrorum ejus, cui vis illata fuit, mutilatio ſubſequatur, nullo pacto imposterum ſuffragetur. Aſyli etiam jus, quo per Apoſtolicas Conſtitutiones penitus deſtituuntur, quicumque Sacram Regum Majeſtatem lædere tentaverint, ipſis quoque, qui ad Hiſpaniarum Regem ditionibus eidem ſubjectis, aut in*

*to-*

ticular devocion; y reverencia, ſirven de caſas de refugio, y de aſideros à aquel perverſo linage de hombres, que entregados à ſu ultima perdicion, y enteramente olvidados de todo Derecho Divino, y Humano, oſſan matar à otros, llevados principalmente de la confianza, de que una vez refugiados en las Santas Igleſias, ſe libran, y eſcapan del caſtigo merecido por ſus maldades, cuya ocaſion, y vana confianza con que ſe executan tan grandes atrocidades, hemos procurado antes de aora enteramente quitar, y deſterrar de todos nueſtros Dominios Ecleſiaſticos, providenciandolo aſsi por medio de Letras Apoſtolicas, que dimos en forma de Bula, para remedios, que nos parecieron muy utiles, è importantes: los miſmos, como tan ſaludables, hemos eſcogido tambien por otras nueſtras Letras, deſpachadas oy dia de la fecha en forma de Breve para todos eſſos Reynos de Eſpaña, y mandamos, que en todos ellos reſpectivamente ſe apliquen, y obſerven: eſperando de ſu aplicacion, que aſsi como por acá ſe ha contenido, en fuerza de ellos, el barbaro furor de algunos hombres contra los de ſu miſmo linage, del miſmo modo ſe refrene tambien con el tiempo en eſſos Dominios de Eſpaña. Y tambien querèmos, y mandamos, que de oy en adelante de ninguna ſuerte les valga à los Aſſeſinos, y Salteadores de los caminos la inmunidad local de las



Igle-

Arxiu Històric Nules

*totum, aut in partem privandum, ſpoliandumque occultas conſpirationes, conjurationeſque conflaverint ſtruxerintque, nullum eſto. Verum hac noſtra Sanctione ad pacem tranquillitatemque confirmandam tendente, quemadmodum nolumus in cæteris Eccleſiarum Immunitati Sacris legibus ſubnixæ, ac per omne tempus vindicatæ quidquam aliud detractum iri; ita etiam, ut facinoroſorum hominum effugiis meriti ſupplicii declinandi cauſa adinventis occurramus; volumus, quoſcumque Criminum Reos, qui blandis verbis, doloſe, vel per violentiam ab Eccleſiis, & Locis Immunibus aliquando extractos eſſe falſo affirmare ſolent; deinde tamen in locis non Immunibus deprehenſi fuerint, minime juvari, inducta iſtic praxi hiſpano nomine dicta di Eccleſias Frias. Hinc etiam, cum Eremos, & Eccleſias Rurales, quarum in Hiſpaniis magnus numerus ac multitudo, opportunam impune delinquendi hominibus male feriatis anſam præbere compertum ſit, quippe qui tutum inibi fore ſibi à penis perfugium exiſtimant; Eremi, & Eccleſiæ hujuſmodi, in quibus vel Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramen-* men-

Igleſias, ni aun por un tan ſolo, y unico crimen que ayan cometido de eſte genero: como ſe huvieſſe ſeguido efectivamente la muerte de aquel, à quien hicieron fuerza, y violencia, ò reſultado mutilacion de alguno de los miembros de ſu cuerpo, del miſmo modo que no les vale eſte beneficio de inmunidad à todos aquellos, que han incurrido en crimen de Leſſa Mageſtad, pues quedan totalmente èſtos privados por Conſtituciones Apoſtolicas de el Derecho del Aſylo: aſsi tambien no les ſufrague à todos aquellos que ſe huvieſſen ſecretamente agavillado, y conſpirado entre sí de robar, y quitar al Rey de Eſpaña, ò en todo, ò en parte, de los Señoríos, y Dominios ſujetos à ſu Corona. Mas: como eſte nueſtro Decreto camine principalmente al fin de aſſentar una mejor paz, y tranquilidad en las coſas: aſsi como no es nueſtro animo, que en todos los demàs caſos ſe derogue coſa alguna à la *Inmunidad* de las Igleſias; como coſa tan eſtablecida por Sagradas Leyes, y en todos tiempos ſiempre defendida, y vindicada; pero porque tambien devemos ocurrir, y precaver los efugios, que los hombres facinoroſos ordinariamente buſcan, con ſolo el fin de huir el caſtigo merecido por ſus maldades: querèmos, y es nueſtra voluntad, que qualeſquiera Reos, y Delinquentes criminoſos, que falſamente ſuelen, tal vez, ſuplantar aver ſido extraìdos, ò con cari- ri-



*mentum non adſervatur, vel contigua Sacerdotis Eccleſiæ curam gerentis domus non eſt; dummodo tamen ibidem Sacrum frequenter non fiat; minimè gaudeant Eccleſiaſtica Immunitate. Sane inter graviſsimas Paſtoralis vigilantiæ Nobis à Paſtorum Principe Jeſu Chriſto injunctæ, ac Fraternitatibus veſtris concreditæ curas, illam non ultimam, imo præcipuam eſſe reputamus, ut Eccleſiaſtica diſciplina in promovendis præſertim ad Sacros Ordines reliquiſque inferioribus Clericis initiandis ſanctiſſime ſervetur. Ne autem eorumdem numerus, nulla urgente neceſsitate, Eccleſiarumve utilitate minime exigente, ita creſcat; ut cum Ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere cogantur; Fraternitates Veſtras rogamus ac poſcimus, ut memores omnium, quæ à Tridentina Synodo, præcipue Seſsione vigeſima prima, capite ſecundo, & Seſsione vigeſima tertia, capite ſexto de Reformatione ſaluberrime decreta fuerunt, impoſterum ſub iiſdem pœnis per Sacros Canones, ipſum Concilium Tridentinum, & Apoſtolicas Conſtitutiones inflictis, nemini ci-* to,

ricias, ò con engaños, ò tambien violentamente de alguna Igleſia, ò Lugar de inmunidad: quando de hecho han ſido preſos, y cogidos en Lugares no inmunes, eſtos de ninguna manera puedan defenderſe, ni ſer favorecidos para el efecto de gozar de Inmunidad, de la practica haſta aora introducida en Eſpaña, *de Igleſias frias*. Aſsimiſmo, como ſea notorio, que las Ermitas, è Igleſias de el Campo, de que ay muchas en Eſpaña, ſirvan de motivo, ù ocaſion oportuna à los hombres malvados, y facineroſos, de delinquir con mas libertad, perſuadidos de tener en ellas ſeguro refugio para no ſer caſtigados con la pena que correſponde à ſus delitos: deſde aora declaramos, que aquellas Ermitas, è Igleſias *ſemejantes*, en las quales, ò no ſe guarda el Santiſsimo Sacramento, ò que la caſa del Sacerdote, que tiene Cura de Almas, no eſtà contigua à ellas, y con tal, que en ellas tampoco ſe celebre frequentemente el Santo Sacrificio de la Miſſa: eſtas tales Ermitas, è Igleſias del campo de ninguna manera gocen de Inmunidad Ecleſiaſtica. Como entre los graviſsimos cuidados de nueſtra Paſtoral vigilancia, que el Principe de los Paſtores Jeſu Chriſto nos impuſo, y encomendò à la obligacion de vueſtro zelo, hacemos juicio, que no es el ultimo, ſino el principal, y primero el cuidar como mas bien ſe guarde la Diſciplina Ecleſiaſtica, principalmente en

 quan-

*to, ac nullo fere habito delectu manus imponatis. Ad eludendas vero fraudes doloſque, qui pro Patrimoniis in Sacerdotiorum locum ſuffectis conſtituendis ut plurimum ſtruuntur, injungimus, ut Patrimonia hujuſmodi certam in ſingulos annos ſexaginta ſcutorum monetæ Romanæ ſummam non excedant. Hanc autem rationefore confidimus, ut non ſolum colluſiones in Patrimoniorum conſtitutione fieri ſolitæ, evertantur; verum etiam penitus eliminentur ſubdolæ alienationes, fictæque donationes, ac ſimulati contractus in ſpeciem dumtaxat cum Eccleſiaſticis initi celebratique, ut hoc falſo obtentu ac colere legitimi bonorum Domini pro uniuſcujuſque ſtatu, & conditione ad Regiorum Jurium vectigaliumque ſolvendorum contributionem obſtricti, ab eorumdem ſolutione ſe injuſte eximant. Quem profecto abuſum deteſtantes, laudato Apoſtolico Nuntio noſtro alias noſtras in ſimili forma Brevis literas in omnibus Hiſpaniarum Diœceſibus proponendas, affigendaſque hac ipſa die damus, ut adverſus eos, qui fraudes contractuſque antedictos fecerint, aut faciendis operam contule-*

*rint,*

quanto à los que han de ſer promovidos à los Ordenes Sagrados, y à los que ſe ayan de ordenar de nuevo: Por tanto, para que la multitud de eſtos, no aviendo urgente neceſsidad, ò utilidad de la Igleſia, nunca llegue à crecer de ſuerte, que con vilipendio del caracter ſe vean neceſsitados, ò à mendigar, ò tal vez à tratar en negociaciones indecoroſas al eſtado: à vueſtro zelo rogamos, y pedimos, que teniendo preſente todo lo que el Concilio de Trento ſantiſsimamente ha determinado, principalmente en la *Seſsion veinte y una, capitulo ſegundo, y en la Seſsion veinte y tres, capitulo ſexto de Reformatione*; de aqui en adelante, ſo pena de incurrir en las miſmas penas impueſtas por los Sagrados Canones, por el miſmo Concilio Tridentino, y otras Conſtituciones Apoſtolicas, de ninguna manera paſſeis à ordenar à ningun ſugeto precipitadamente, y ſin previo conocimiento de ſu idoneidad, y utilidad, que de èl ſe pueda ſeguir à la Igleſia. Y para precaver aſsimiſmo los dolos, y fraudes, que frequentemente ſe ſuelen maquinar, y practicar en la ſubrogacion de los Patrimonios, à cuyo titulo, por falta de Beneficio, ò Prebenda, algunos ſe hacen Sacerdotes: añadimos tambien, que eſtos Patrimonios no deven paſſar de renta cierta en cada un año de ſeſenta eſcudos de moneda Romana. De eſta ſuerte, pues, eſperamos, que no ſolamente con el tiempo ſe eviten las mu-

chas



*rint, denuntiet pœnas Canonicas, & Spirituales, etiam cum excommunicatione ipſo facto incurrenda, ſibi ſuiſque Succeſſoribus reſervata. Porro Beneficiorum in Eccleſia erigendorum rationem ab initio per Sacros Canones ſtatutam, eam ſemper fuiſſe conſtat, ut non ad tempus, ſed in perpetuum permanſura inſtituerentur. Eapropter Eccleſiaſtica Beneficia aliter, quam Sacri Canones præſcribunt, iſtic fortaſſe fundata, ut penitus aboleantur, neque impoſterum inſtituantur, non ſolum edicimus nullis gaudere exemptionis privilegiis; verum etiam omnino prohibemus. Quantum vero ferendis oneribus ad Regnorum Hiſpaniarum neceſſitatibus quoquomodo providendum impoſitis haud ſatis ſit Laicorum, expenſis eorumdem bonis ac facultatibus, res familiaris, plurimis Nobis expoſitum fuit; ac propterea Catholicæ Majeſtatis nomine ſupplicatum eſt, ut Eccleſiaſtici in ſuis Regnis commorantes, quemadmodum ad decem & novem millionis cum dimidio alterius millionis ſuper quatuor ſpeciebus Carnis, Aceti, Olei, ac Vinni ad ſexennium conſtitutos conferunt; ita accedente*

*Apoſ-*

chas coluſiones, que ſuele aver en la inſtitucion de los dichos Patrimonios, ſino que tambien totalmente ſe deſtierren las enagenaciones fraudulentas, donaciones fingidas, y contratos ſimulados, ſolamente hechos para la apariencia, y celebrados con Perſonas Ecleſiaſticas, que de todo ſuele tambien intervenir en la expreſſada ſubrogacion de los tales Patrimonios, para con eſta capa, y ſocolor fingido no puedan los dueños verdaderos, y legitimos de las haciendas, que como tales eſtàn obligados à pagar, y à contribuir cada uno, ſegun ſu eſtado, y condicion, al Rey con ſus derechos, tributos, y Alcavales Reales, eximirſe por aqui de pagarle lo que le deven; y como eſte abuſo ſe nos hace muy deteſtable, *en eſte miſmo dia* de la fecha deſpachamos al ſobredicho nueſtro Nuncio Apoſtolico otras Letras nueſtras en forma ſemejante de *Breve*, las quales ſe avràn de publicar, y fixar en todos los Obiſpados de Eſpaña, para que proceda contra todos aquellos que hicieſſen los dichos contratos ſimulados, y fraudulentos, ò ayudaſſen à hacerlos, denunciandoles penas Canonicas, y Eſpirituales, aunque ſea con Excomunion *ipſo facto incurrenda*, à èl, y à ſus ſucceſſores particularmente reſervada. Item, porque la forma de erigir Beneficios en la Igleſia, eſtablecida deſde ſu principio por los Sagrados Canones, conſta aver ſido ſiempre el que no ſe fundaſſen por tiempo

 li-

*Apoſtolica auctoritate noſtra, ad quatuor milliones cum dimidio alterius millionis propter nova vectigalia, ac Tributum octo millium Militum à ſolis Laicis hactenus præſtitos etiam contribuerent. Nos autem, quo pacto hac in re eidem Catholicæ Majeſtati ad ſolos quinque annos indulgendum eſſe duxerimus; per alias noſtras in ſimili forma Brevis literas ad Catholicum Regem ſcriptas fuſius explicavimus. His accedit, quod ejuſdem Catholici Regis nomine à Nobis poſtulatum fuit, nimirum bona Eccleſiaſticorum, ſive jure Succeſsionum, ſive titulo donationum, aut emptionum, ſive aliis quibuſvis titulis acquiſita, iis de novo acceſsionibus adaucta eſſe, atque in dies magis cumulari, ut, niſi à Nobis aliquo modo provide inhibeantur, quamprimum eveniat, bona Laicorum, quæ Regiis vectigalibus ſubjacent, adeo imminui, ut nequaquam iiſdem vectigalibus ſolvendis ſatis eſſe poſſint. Quam proinde providentiæ noſtræ rationem hac in re ineundam eſſe ſupplicabatur, eam hac tamen lege ſtatuendam eſſe par æquumque viſum eſt; ut ea quidem bona, quæ dumtaxat à die vigeſima ſexta men-*

*ſis*

limitado, ſino para conſervarſe, y mantenerſe perpetuamente: Por lo tanto, para que los Beneficios Ecleſiaſticos, que acaſo haſta aora ſe huvieſſen fundado de otra forma de la que preſcriven los Sagrados Canones, queden enteramente abolidos, ni à lo adelante ſe funden otros ſemejantes, no ſolamente declaramos, que los tales Beneficios no gozan de Privilegios algunos de exempcion, ſino que tambien enteramente los prohibimos: Mas: como por muchiſsimos ſe nos ha expueſto, y repreſentado, que para aver de ſoportar las muchas cargas, que ſobre sì tienen los Reynos de Eſpaña, y ſurtir de algun modo ſus urgencias, y neceſsidades, no ſea baſtante la poſsibilidad de los Legos, bien computados ſus bienes, y ſus haciendas: Y, por tanto ſuplicadoſenos, en nombre de la Mageſtad Catholica, que los Ecleſiaſticos de ſus Reynos, à la manera que actualmente eſtàn contribuyendo por un ſexenio ſobre las quatro eſpecies de carne, vino, aceyte, y vinagre à la ſuma, y cantidad de diez y nueve millones y medio: de la miſma ſuerte, condeſcendiendo con nueſtra autoridad Apoſtolica, contribuyeſſen tambien al cumplimiento de otros quatro millones y medio mas, que por via de nuevo tributo, y para la manutencion de ocho mil Soldados haſta aora han eſtado pagando ſolos los Legos; à lo qual, de la manera que en eſte aſſumpto nos pareciò deviamos

con-



*ſis Septembris proxime elapſi quovis titulo à quacumque Eccleſiaſtica Communitate, Eccleſia, & Loco Pio tanquam in manus mortuas, ut dicitur, cadentia, ſive acquiſita, ſive in perpetuum acquirenda fuerint (exceptis bonis primæ Fundationis) iiſdem oneribus ac tributis Regiis, quæ à Laicis penduntur, ſubjecta intelligantur: dummodo ab aliis oneribus, quæ Apoſtolica Indulgentia hactenus ſolvi conſueverunt ab Eccleſiaſticis, vel in futurum ſolvi contigerit omnino immunia remaneant. Mandamus inſuper, ne Miniſtri Laicorum Tribunalium ad eorumdem onerum ſolutionem Eccleſiaſticos quoſcumque cogere poſſint, ſed per Miniſtros à Fraternitatibus Veſtris conſtitutos id præſtetur. Etſi autem nemo juxta ſaluberrimum Concilii Tridentini monitum ſine prævio ſerioque ſuæ ad Eccleſiaſticum inſtitutum ſuſcipiendum vocationis examine Prima Clericali Tonſura initiari debet; atque iis tantummodo ab Epiſcopis conferenda eſt, de quibus ſpes non indubia affulgeat, eos in Eccleſiaſticam militiam non alio fine cooptari malle, quam, ut in Eccleſia Deo inſervientes,*

*per*

condeſcender à la sùplica del Rey Catholico por el tiempo de ſolos cinco años, conſtarà mas largamente por otras nueſtras Letras, eſcritas en ſemejante forma de Breve à la miſma Mageſtad Catholica. Aſsimiſmo en nombre tambien del miſmo Rey Catholico nos fue repreſentado, es à ſaber, que las haciendas de los Ecleſiaſticos, yá adquiridas las unas por derecho de ſucceſsion, yà las otras por donaciones, compras, y otros titulos, con eſtas nuevas añadiduras ſe han aumentado, y cada dia aumentan mas, y mas, de ſuerte, que ſi Nos no tomamos alguna providencia como contenerlos en eſto, llegarà luego el caſo, que las haciendas de los Legos, que eſtàn ſujetas à las Alcavalas, y Derechos Reales, vengan à minorarſe de manera, que ni aun à pagar los dichos derechos Reales alcancen; en cuya atencion ſe nos ſuplicava, dieſſemos ſobre eſta materia la forma, que nueſtra providencia acordaſſe ſe devia tomar; y eſta es la que en toda buena equidad nos ha parecido que ſe devia entablar; conviene à ſaber, que todas aquellas haciendas, que tan ſolamente deſde el dia veinte y ſeis del mes de Septiembre proximo paſſado por qualquiera titulo ayan adquirido, ò à lo adelante adquirieren toda Comunidad Ecleſiaſtica, Igleſia, y Lugar Pio, recayendo en eſtas llamadas vulgarmente *Manos Muertas* (à excepcion de las de ſu primera fundacion) todas las dichas haciendas ſe en-

A6 tien-

*per omnes omninum ordinum gradus ad Sacerdotium promoveatur: tamen quia experientia compertum eſt, nonnullis, poſtquam Clericali Tonſura, aut Minoribus Ordinibus inſigniti fuerint, ſatis eſſe, ut Fori privilegio gaudeant; decernimus propterea, ut Clericis hujuſmodi, qui neque Beneficiis inſtructi, neque Cappellanias adepti, aut Beneficia ipſa, quæ tertiam partem Synodalis Taxæ ad Sacrum Patrimonium requiſitam non exceſſerint, conſecuti, cum ad ætatem à Sacris Canonibus præfinitam pervenerint, Sacris Ordinibus inaugurati eorum culpa, aut negligentia nonfuerint, Fraternitates Veſtræ, præviis monitionibus, terminum ad Sacros Ordines ſuſcipiendos non unico anno longiorem præſcribant. Hoc quidem conſtituto tempore elapſo, ſi culpa ſua, aut negligentia contigerit, ad Sacros Ordines non fuiſſe promotos, à publicis muneribus exempti nequaquam ſunto. At rebus hiſce Eccleſiaſticæ diſciplinæ fundamentis maxima ſedulitate conſulendum eſſe, Venerabiles Fratres, ſapientiſſime intelligitis; neque minus tamen ſapientiæ expoſcunt Cenſurarum Eccleſiaſticarum ful-*

*mina,*

tiendan quedar ſujetas à las miſmas cargas, y tributos Reales, que ſuelen pagar las Perſonas Legas, con tal, que ayan de quedar tambien enteramente exoneradas de otras qualeſquiera cargas, ò penſiones, que por indulto Apoſtolico han eſtado haſta aora los Ecleſiaſticos en coſtumbre de pagar, ò aconteciere aver de pagar à lo adelante, y con el tiempo: Pero ordenamos, que las Perſonas Ecleſiaſticas nunca puedan ſer compelidas à la paga, y contribucion de eſtas cargas, y tributos por los Miniſtros de los Tribunales Legos, ſino que eſto tan ſolamente ſe haga, y execute por Miniſtros pueſtos, y ſeñalados por vueſtra orden. Y aunque bien es verdad, que eſtando à la mas importante prevencion hecha por el Concilio Tridentino, ningun ſugeto deve ſer promovido, ni aun à la primera Tonſura Clerical, ſin que preceda sèrio examen de ſu vocacion al Eſtado Ecleſiaſtico: y que los Obiſpos unicamente la deven dàr à aquellos de quienes ay eſperanza, y ſe tiene moral certeza, que no con otra intencion eſcogen aliſtarſe en la Milicia Ecleſiaſtica, ſino derechamente con el fin, de que ſirviendo à Dios en la Igleſia, ir ſucceſsivamente aſcendiendo por todos los grados de todas las Ordenes, haſta ſubir al Sacerdocio; mas porque la miſma experiencia nos tiene enſeñado, que algunos, deſpues de aver obtenido la primera Tonſura, ò ordenadoſe de las Or-

de-



*mina, quæ ſecundum Sacrorum Canonum diſpoſitionem, & Concilii Tridentini Seſsione vigeſsima quinta de Reformatione, capite tertio præſcriptum, nonniſi in ſubſidium caute vibranda ſunt. Itaque Fraternitatibus veſtris in Domino præcipimus, ut juxta traditam ab ipſa Tridentina Synodo, & Sacris Canonibus regulam, non ſolum magna cum circumſpectione Eccleſiaſticas Cenſuras fulminare curetis; verum etiam, ubi aliis ordinariis, executionis ſcilicet realis, & perſonalis, ut dicitur, remediis poteritis cuicumque malo occurrere, ab illis denuntiandis abſtinere ſatagatis. Quod, ſi executio realis, & perſonalis adverſus Reos fieri non poterit, ſitque erga Eccleſiaſticorum Judicum decreta contumatia, tunc eos Cenſurarum gladiis ferire poteritis. Cum autem præſcriptum regularis vitæ ordinem nedum ſervari à nonnullis Religioſum Inſtitutum profeſsis; verum etiam, confuſis perturbatiſque rebus, pravas conſuetudines invehi accepimus Apoſtolico certe miniſte-*

*rio*

